

18

16

22

12

27

07

Pietas Dea.

Se procerum quiuis spumanti proluit auro,
Cunctiq; secludit tristia mente sua.
Interea PIETAS sacrum cor Principis urget,
Ut cupiat templum manè subire sacrum.
Hec Dea principio est orbis demissa creati
Terris à supero qui regit omne Deo.
Inter mortales sibi figat ut ipsa penates,
Omnibus hospitium querat et ipsa locis.
Hanc quotcunq; uago sibi suscepere sub orbe,
Hos monuit summi noscere facta Dei.
Hos sacra quid doceat pernoscere pagina mouit,
Vnius & triplex numen amare Dei.
Et primum cupidè suscepta est illa per orbem,
Et fuit huic cunctis mansio penè locis.
Tunc hominum pàsim mentes habitavit, & illas
Ætherei cultu rexit ubiq; Dei.
Non tulit hoc Satanas, metuens extremaq; regno,

Hanc hominum pepulit mentibus ille Deam.

Inseruit commenta hominum, uerisq; profana
Miscuit: hinc crevit cæca superstítio.

Hæc fucosa solet figura affergere ueris,
Veste suoq; comit uerficolore dolos.

Fabellasq; suas, ea quas meditatur aniles
Pro uerbo credi uult recipi q; Dei.

Hanc postquam PIETAS fraudem cognouit iniquam,
Opposuit uires uiribus illa suæ.

Bibliorum euulgatio. Eruit è tenebris diuinæ uerba salutis,
Ponit & in claro Biblia sacra die.
Inde nouam lucem diuini gloria sumit
Numinis, & Sathanæ frausq; dolusq; patet.

Et

Ende

Anfang